

6271 A. Quinctilio A. f. | Pal. Prisco | **III**vir. aed. potest., **III**vir. iure | dic., **III**vir. quinq. adlecto ex s. c., | pontif., praef. fabr. | [Hu]ius ob eximiam munificent., quam in munic. | suos contulit, senat. statuam¹ publice ponend. in foro, ubi ipse | vellet, censuere. H. a. i. r.² Hic ex s. c. fundos Ceponian. | et Roianum et Mamian. et pratium Exosco ab r. p. redem.³ | **HS** **LXX** m. n. et in avit. r. p. reddid.⁴, ex quor. reditu de **HS** **IV** m. CC⁵ | quod annis **VI** id. Mai. die natal. suo perpet. daretur praesent. | municipib. et incol. et mulierib. nuptis crustul. p.⁶ **I**, mulsi hemin.⁷, | et circa triclin. decurionib. mulsum et crust. et sportul. **HS** **X** n., | item puer. curiae increment.⁸, et **VI**vir. Aug. quibusq. u. v. e.⁹ crust. | mulsum et **HS** **VIII** n.; et in triclin. meo ampl. in sing. h.¹⁰ **HS** **I** n.; et in orn.¹¹ | statuae et imag. mear. res p. perpet. **HS** **XXX** n. impend. arbitr. **III**vir., | aedilium cura. Favorabil. est¹², si puer. plebeis sine distinctione liber|tatis¹³ nucum sparsion.¹⁴ mod. **XXX** et ex vini urnis **VI** potionum | eminationem. digne incrementis¹⁵ praestiterint.

Ferentini, sub moenibus oppidi, rupi incisum (X 5853 vidit Mommsen). —

- 1) *Ad hanc statuam videtur pertinuisse titulus eiusdem Quinctilii Prisci X 5852. —*
 2) *Honore accepto impensam remisit. —* 3) *Redemit. —* 4) *Fundos illos a Quinctilio Prisco rei publicae Ferentinatium gratis redditos esse, ea condicione, ut fundi illi in perpetuum locarentur pensione annua sestertium milium quattuor et ducentorum, coniecit Mommsen. Avili vocabulo diuturna propriaque possessio significatur; cf. Zangemeister C. I. L. IV p. 426 (ad tabellas ceratas Pompeianas, in quibus perscriptae sunt summae rei publicae Pompeianorum numeratae ob avitum fundi alicuius). Etiam in titulo Stabiano Notizie degli scavi 1897 p. 64 est avitu patr. f. (Sogliano l. c.). —* 5) *Sestertium quattuor milibus et ducentis. (Sunt usurae semisses pretii fundorum illorum. Cf. Billeter Gesch. des Zinsfusses p. 221.) —*
 6) *Pondo. —* 7) *Hemina. —* 8) *Curiae incrementa appellantur filii decurionum. —*
 9) *Quibusque una vescendum est? (Momms.). Cf. N. 6269 not. 2; N. 6284. —*
 10) *Singulos homines. —* 11) *Ornatum. —* 12) *Desiderium testamento expressum significari videtur. —* 13) *Ne servilis quidem loci pueros ab hac sparsione arceri voluit (Momms.). —* 14) *Cf. N. 6269. —* 15) *Cf. not. 8.*

Titulos multo antiquiores arcis Ferentinatis, positos a censoribus, dedi supra N. 5342—5345. Decretum senatus Ferentinatium supra N. 6106. Titulum positum a senatu populoque Ferentinatibus supra N. 473, alium positum a Ferentinatibus Novanis supra N. 421 (alter positus ab iisdem est X 5828).

6272 T. Iulio Eut[y]cheti patron. | et rectori colleg. | dend. Sign., qq., ob | plura sepius beneficia et munificent. | largitionesque, que | circa collegium suum exhibuerit, dignissimo, ex aere collato statuam collegium dendrofor. | posuerunt. Cuius ded. dedit sing. ss. **XXXII** | et epulum ded.

Signiae (X 5968 bis ut videtur descripta saec. XVI. XVII).

Alios titulos Signinos dedi supra N. 5493. 5456. 5440. 5916.

6273 Paul. Toutia M. f. et | consuplicatrices¹.

Corae in eodem ut videtur saxo quo N. 3488 (I 4455. X 6518 referunt lucundus et post multum temporis Fea). — 1) *Sic Fabrettius ex schedis quibusdam*